Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



inocuitem. Cogitationes eorum cogitationes inuti-
les. uastitas et contritio in viis eorum et uia pacis ne-
scierunt. et non est iudicium in gressibus eorum. Semite eorum
curuate sunt eis omnis qui calcat eas ignorabit
pacem. Propterea longe a nobis iudicium. et non
apprehendet nos iustitia. Exspectauimus lucem
et ecce tenebre. splendorem. et in tenebris am-
bulauimus. palpauimus sicut ceci parietem et quasi abs-
oculis adtrectauimus. Impegimus in meridie sicut
in tenebris. in caliginosis sicut mortui. Rugiemus
sicut ursi omes et quasi columbe meditantes gemem-
mus. Exspectauimus iudicium et non est. saluum et
elongatum est a nobis. Multiplicate sunt iniquitates
nostre coram te. et peccata nostra responderunt nobis. quia sunt
cum nobis iniquitates nostre et scimus iniquitatem nostram. peccauimus
et mentiti sumus domino. et auersi sumus ne retrorsum post deum
loquentes calumniam et transgressionem. Concepimus et locuti sumus de corde uerba mendacii. et iudicium
retrorsum. et iustitia longe stetit. quia
corruit in platea ueritas et equitas non potuit in-
gredi. quoniam facta est ueritas in oblitionem et qui recessit
a malo predatus est. Et uidit dominus et malum ap-
paruit in oculis eius quia non est iudicium. et uidit quia non est uir
et admiratus est quia non est qui occurrat. Et saluauit sibi
brachium suum. et iustitia eius confirmauit eum. Induit
enim iustitiam ut loricam et galea salutis
in capite eius. Induit se uestimentis ultionis et op-
tauit se zelo sicut pallio. Sicut ad uindictam quasi ad retribu-
tionem indignationis hostibus suis. et uicissitudinem
inimicis suis. Insulis ut redderet et indignationem
aduersariis suis. et inimicis ut redderet. Et timebunt
ab occidente nomen domini. et ab ortu solis gloriam
eius. cum uenerit quasi fluuius uiolentus quem spiritus domini co-
git. et uenit sion redemptor. et his qui redeunt
ab iniquitate in iacob. dicit dominus. Hoc fedus meum cum il-
is dicit dominus. Spiritus meus qui est in te. et uerba mea que po-
sui in ore tuo non recedent de ore tuo et de ore se-
minis tui. dicit dominus amodo et usque in sempiternum. XXI

Surge illuminare iam quia uenit lumen tu-
um et gloria domini super te ortum est. Quia ecce
tenebre operient terram et caligo populos. super te autem
orietur dominus et gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt
gentes in lumine tuo. et reges in splendore ortus
tui. Leua in circuitu oculos tuos et uide omnes isti
congregati sunt uenerunt tibi. Filii tui de longe uenient
et filie tue de latere surgent. Tunc ui-
debis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor
tuum. quia conuersa est in te multitudo ma-
ris fortitudo gentium uenerit tibi. Inundabit te
camelorum operiet te dromedarii madian
et effa. omnes de saba uenient. aurum et thus de-
ferentes et laudem domino annuntiantes. Omnes
pecudes cedar congregabuntur tibi arietes nabaioth
ministrabunt tibi. Offerentur super placabili altari mo.
et domum maiestatis mee glorificabo. Quis isti
qui ut nubes uolant. et qui columbe ad fenestras
suas. Quia me exspectant insule. et naues
maris in principio. ut adducam filios tuos de
longe. argentum eorum et aurum eorum cum eis. nomi-
ni domini dei tui et sancto israel. quia glorificauit te. et ed-
ificabunt filii peregrinorum muros tuos. et reges
eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea p
cussi te. et in reconciliatione mea misertus sum
tui. Et aperient portte tue iugiter die ac nocte non claudentur. ut afferatur ad te fortitudo
gentium. et reges eorum adducantur. Gens enim et regnum quod non seruierit tibi peribit. et gentes solitudine
uastabuntur. Gloria libani ad te uenient. abies
et buxus et pinus simul ad ornandum locum sanctu-
ficationis mee. et locum pedum meorum glorificabo. Et uenient ad te curui filii eorum qui hu-
miliauerunt te. et adorabunt uestigia pedum
tuorum omnes qui detrahebant tibi. Et uocabunt te
ciuitatem domini sion sancti israel. Pro eo quod fuisti de-
lecta et odio habita. et non erat qui per te transiret.
ponam te in superbiam seculorum. gaudium in genera-
tione et generationem. Et sugges lac gentium. et ma-
millas regum lactaberis. Et scies quia ego dominus
saluans te. et redemptor tuus fortis iacob